



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Adversvs Omnia Catabaptistarvm Prava Dogmata Heinrychi Bullingeri lib. IIII**

**Bullinger, Heinrich**

**Tigvri, 1535**

**VD16 B 9759**

Omnis potestas à deo

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35433**



ses? SIMON. Siquidem omnis à deo esset, si res  
 Æte præesset, si ius & æquum defenderet. Quod si  
 contra deum pugnat, iura & leges infringit & uio-  
 lat, pauperes opprimit, an tu hanc à deo esse dices? aut  
 huic parendum censes? Quantum ego iudicare pos-  
 sum tyrānica potestas à deo non est, imò potestas non  
 est, minime ergo huic parendum. IOIADA.

*Et tyrānicam  
 potestatem à deo &* Et tyrānica potestas à deo est, data à deo tanquam  
 uirga qua populus probetur & castigetur. In Pharaone  
 ne sit hoc conspicuum, in Saule, & Balthasaro, Paulus  
 quoque dicit: Omnis potestas à deo est. SIMON.

Paulus de ea potestate loquitur, quæ bonis bono fit,  
 malis ad uindictā. Tyrannus cōtra, bonos iniuria affi-  
 cit & premit, malos subuehit. Quum ergo bonis bono  
 non est, sed malo potius, quomodo à deo esse potest?

*Quod non ad  
 malum videtur  
 sed ad bonum  
 suis ordinat.* IOIADA. Quod nobis malum uidetur, hoc  
 ad bonum suis ordinat deus. An non tot martyrum cru-  
 ces & mortes quas à tyrannis et persecutoribus passi  
 sunt, deo ad gloriam, ipsis ad cumulum felicitatis  
 seruiuerunt?

*pestifera & uicia  
 hic est* Nabucadnetzer tanquam ferula utitur deus qua  
 populum suum puniat. Ad hæc, si quādo rerum uices  
 mutantur ut qui bonus fuerat magistratus, pessimus fi-  
 at, non hoc ex natura est magistratus, sed ex uitijs per-  
 uersissimorum hominum qui magistratu funguntur,  
 & ex ira dei. Hinc sæpe aqua, & aer, cibus denique  
 pestifera



pestifera fiunt, quæ tamen per se salutaria sunt: sed sic  
 punit deus scelera nostra. Idem de magistratu tyranni  
 co intellige. SIMON. Quid si is iubet quod  
 iniustum & iniquum est, parebo? Quid si tyrannus  
 fuerit iniquus & impius, parebo nihilominus? Mini-  
 me gentium. Quandoquidem tu supra dixisti, nemi-  
 nem posse melius fungi magistratu quàm Christianū.  
 Deinde Paulus cum stomacho quodam in eos inuehit,  
 qui se sub iniustis iudicibus iudicari patiuntur. Postre-  
 mo apostoli ipsi nolebant iussis impij magistratus ob-  
 temperare, dicentes: Oportet deo plus obedire quàm  
 hominibus. IOIADA. Collationem feci inter  
 magistratum piū et impiū, ubi sic dixi: Nemo me-  
 lius et sanctius magistratū administrare potest quàm  
 pius: interim tamen non dixi, magistratum impiū et  
 tyrannicum non esse magistratum. Prætuli imperium  
 quod Christianus gerit, imperio quod gerit impius: ul-  
 timū tamen hoc non damnavi, quasi imperiū non esset  
 aut quasi nō esset ei parendum. Nunq̄ respública me-  
 lius habuerunt q̄ dum piij regnarunt. Hoc in Ezechia  
 cæterisq; sanctis regibus uidere licet. Huc etiam spe-  
 ctat Paulus, quum iubet ut Corinthij ex sanctis, hoc  
 est, fidelibus eligant & constituent iudices. Apostoli  
 recte fecerunt quod in quibusdam rebus, impijs sena-  
 tus edictis ac iussis adquiescere noluerunt. De obedi-  
 entia ergo quum quæris, sic accipe, Quum sic dicis:

Quatenus  
 obediendum  
 impijs ma-  
 gistratibus.